

ni restrictione Concilij Tridentini, quia quæ ad confessionem non solum forum interius respiciunt, sed etiam exterius presentatio confessorum pro antiquis Christianis fieri debet, sicut Concilium prescribit, hæc sunt dicta re exacte considerata quamvis aliquando contrarium apparuit. Quam sententiam ut securiorem & veriore[m] amplector, priori relicta opinione.

22 ¶ Decima octava conclusio, ex Compendio Societatis, verbo, Indulgentiæ. §. 3. Omnes Christi fideles qui corde contriti fuerint, aut confitendi firmum propositum habuerint, ac in honorem & Passionis deuotionem Christi, præces deuote effuderint, & postea idoneo alicui Societatis presbytero, aut Societati Preposito, vel Generali obedientiam præstanti, confitentur, plenariam indulgentiam semel in uita consequantur. Paul. 3. in Viuæ vocis Oraculis. fol. 3. A.

¶ Videatur Pater Emanuel in Explicatione Cruciatæ. §. 9. à numero. 126. vsq; ad numerum. 145. ubi late explicat auctoritatem Superiorum Medicantium erga Fratres suos, & Fratrum confessorum erga seculares penitentes. Videatur etiam Doctor Henriquez.